

[AccueilRevenir à l'accueilCollectionMythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567CollectionMythologia, Venise, 1567 - Livre VIIIItemMythologia, Venise, 1567 - VIII, 15 : De Amphione](#)

Mythologia, Venise, 1567 - VIII, 15 : De Amphione

Auteur(s) : Conti, Natale

```
","author_name_items":"Auteur(s)","author_size_items":"16px","title_size_items":"16px"}}, new UV.URLDataProvider()); /* uvElement.on("created", function(obj) { console.log('parsed metadata', uvElement.extension.helper.manifest.getMetadata()); console.log('raw jsonld', uvElement.extension.helper.manifest.__jsonld); }); */ }, false);
```

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[112\] : De Amphione](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VIII

[Mythologia, Francfort, 1581 - VIII, 15 : De Amphione](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VIII

[Mythologie, Paris, 1627 - VIII, 16 : D'Amphion](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VIII

[Mythologie, Lyon, 1612 - VIII, 15 : D'Amphion](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Mythologia

exceptum, & in nauis cui picti fuissent verinque in prora delphines in Texa-
rum fuisse portatum, ut scriptum reliquit Antimenides in primo lib. histo-
riarum. verum ut sententiam tandem antiquorum ex his exprimamus, si-
gnificare voluerunt per hanc fabulam omnium scelerum Deos esse ultores;
quippe cum animalia quoque rationis expertia & vocis, soleant aliquando
Diis ita volentibus esse sceleratorum accusatores, & innocentibus homini-
bus opem ferre; omneque beneficium diis gratum contingere, quod in virū
bonum confertur. at de Arione satis, nunc de Amphione dicamus.

10

De Amphione .

Cap. XV.

Amphionem etiam citharædum non solum musicæ artis peritia, sed etiā
fortunæ inconstantia, & calamitatum cumulus illustravit. fabulantur
hunc & Zethum eius fratrem fuisse Iouis & Antiopes filios: nam An-
tiopie filia Nyctei & Androchoes à Ioue in satyrum cōuerso compressa fuit,
atque grauida facta Nyctei patris minis territa in Sicyonem ad Epopeum
profugit, vbi cum Zethum & Amphionem peperisset, illos dedit in Cithæ-
ronem cuidam bubulco alendos. Nycteus grauiter ferens filix fugam, cum
hortatus fuisset Lycum fratrem negotium ne negligeret, moritur. at Lycus
cum delecta manu militum repentino aduentu Epopeum trucidauit vbe
potitus, captiuamque duxit Antiopen, quam Dirce vxori in custodia dedit.
nec multo post collecta pastorum manu cum cognouissent ex alumno qui
essent Zethus & Amphion ipsum patrum & Dircen ceperunt & ipsi repen-
tino aduentu, Dirceque crudeliter laniata moniti sunt à Mercurio ut Ly-
cum imperare permitterent; ut scriptum fuit à Nicocrate in rebus Cypriæ.
sic autem de illa Antiopæ quod odio esset patri meminist Apollon. lib. 4.

20

ὄδρα ἢ Ἀντιόπῃ ἰουάντῃ πῶτερν ἰουάντῃ

Oderat Antiopen sic lapsa tempore Nycteus.

Alii crediderunt Antiopen Amphionis matrem filiam fuisse Asopi, ut scri-
psit Apollon. lib. 1.

30

Ἦν δ' ἰουάντῃν ἀσώπῃν ἀσώπῃν ἰσὶν δῖον

Ἀμφίον καὶ Ζῆτον. ἀσώπῃν δ' ἰσὶν δῖον

ἀντὶ ὄδρας.

Zetus & Amphion aderant duo pignora clara

Asopi Antiopes; nondum turrata manebant

Mœnia Thebarum.

Diophanes libro primo Ponticarum historiarum vbi scripsit de Antiopæ ma-
tre Aetææ, Amphionem & Zethum non Iouis, sed Theoboontis filios fuisse
inquit, quod etiam testatur Zet. hist. 13. chil. primæ. Epimenides Corcy-
ræus Amphionem scripsit tractandis lyrae fidibus Mercurio vsurum fuisse ma-
gistro, atque adeo admirabilem fuisse illius cantum, ut feræ & saxa illum se-
querentur, nō minus quam Orpheum Calliopes filium, ut ait Pauf. in Bœo-
ticiis. nam hunc etiam lyram à Musis primum accepisse scriptum reliquit
Antimenides lib. primo historiarum, & Pherocydes lib. 10. At vero Diosco-
rides Sicyonius ab Apolline lyram illi datam fuisse memorat. Hanc autem
celebritatem nominis in musicis consecutus est Amphion quod ob affinita-
tem cum Tantalō modulos edoctus fuit à Lydis, primusque tres chordas ad-
didit tetrachordo à superioribus musicis inuento, ut ait in lib. 1. de Musica

40

Aristocles

Aristocles. nam ferunt hunc neten chordam ante portam postea Thebinam ipsum inuenisse, unde porta nome sortita fuit. dicuntur Zethus & Amphion antequam Thebe conderentur, exiguum Thespicium pagum Eutresim vocatum habitasse, vt testatur Strab. lib. 9. Enimuero cum Amphion & Zethus suspectas haberent vias Phlegyarum hostium per id temporis, vt ait Pherecydes, Thebas muris ac turribus munierunt, vt essent tutiores ab hostium incursionibus. non enim audebant sine muris ac turribus habitare, vt ait Hom. in Odyss. lib. 2.

*ἦ δὲ καὶ τῶν τογῶν τὸ ἀγαστέρων ἕλκος
ἔστι τῶν δὲ ἀγαστέρων ἕλκος
ἔστι τῶν δὲ ἀγαστέρων ἕλκος
ἔστι τῶν δὲ ἀγαστέρων ἕλκος*

10

Post hanc Antiope Asopi mihi filia visa est.
In Iouis amplexum quæ iactat se esse gemellos
Et zethum peperisse, simulque Amphionæ clarum.
Qui portis septingeminis, & turribus altis
Cinxerunt Thebas. nec enim sine turribus ausi
Intolere, inuictis quamuis hi viribus essent.

10

Fabulati sunt igitur saxa sua sponte assiluisse, murumque extructum fuisse dum Amphion lyram suauiter pulsaret, vt ait Horat. in arte poetica;
Dixit & Amphion Thebanæ conditor urbis
Saxa mouere sono testudinis, & prece blanda
Ducere quod veller.

Dicitur hæc ciuitas septem habuisse portas, quæ nominabantur; Eletris, Prætis, Neiris, Crenæ, Hypsista, Ogygia, Homolois. vocatæ sunt Thebe vt sensit Zez. à patre conditorum, vel, quod magis placet, à Thebe Nymphe filia Promethæi, quæ illis fuit affinitate coniuncta, vt scripsit Paus. in Bœoticis. inquit Thebas, post multas infelices dimicationes, quæ illi ciuitati cõtigerunt, ab Alexandro Macedoniz Rege euersas fuisse quo tempore Thebanum bellum aduersus ipsum Alexandrum in Persas arma parantem susceperunt: quæ ciuitas quoniam per eantem extructa non poterat nisi per eantem everti, diruta est Ismenis quodam sebiles numeros cum tibia accindec, vt scriptum fuit à Callisthenæ. verütamen idem Alexander, qui iusserat Thebas solo æquari, ad gratiam cuiusdam athletæ, qui ter victor ab illo coronatus fuerat, restaurauit, quod ita significauerat oraculum;

30

*Ἄλκιος, Πόλλυς, καὶ Νυμφαῖα Ἀτλαντὶδος κρητῶν,
Ἐπιπέσοι τὰ τείχεα τῆς θεῖης Ἰσμενίας.*

Alcides, Pollux, nympheq; Atlantide cretus,
Mox restaurabunt euersis mœnia Thebis.

40

Aiunt primum omnium mortalium Amphionem aram dicasse Mercurio, quod ab eo lyram accepisset. At quoniam felicitatem æquo animo perferre non minus difficile est, quam aduersos fortunæ euentus, idcirco effectum est vt nimium gloriaretur Amphion ob artis præstantiam, & in Latonam, eiusque filios contumelias coniecerit: quod Deæ nulla re hominibus præstaret, atque eius filii, rudes habendi sunt & imperiti si secum conferantur, cum ipse multo sit peritior Apolline. Dicunt his contumellis iratas deas

Ttt 2 pestilen-

pestilentiam in domum Amphionis excitasse, qua ipse cum tota familia de-
 letus est. Et Zethus cum mater ipsa genitum ex se filium ob certam noxam
 peremisset, aegritudine animi contabuit. Hæc fabulose de Amphione me-
 morantur. Dicitur est Amphion Iouis & Antiope filius, quoniam musica
 exercitatione conficitur plerunque, atque omnes viri præstantes Iouis filii
 ab antiquis dicti sunt, ut explicauimus superius. Hunc & Orpheum fuisse
 Aegyptium, & magorum scientia excelluisse ait Paul. in poet. Eliacis. aiunt
 hunc musicæ fuisse peritum, & saxa ac feras, quod veller, ducere solitum, quod
 nam per orationis suauitatem duos & agrestes homines mansuefecerit, &
 ad extruendas ciuitates, ciuitatumque legibus obtemperandum delinierit.
 At idem qui ceteros ad humanitatem, mansuetudinemque reuocauerat, cum
 ob felices rerum successus nimium factus fuisset insolens, Deosque vel ip-
 sos paruifaceret, ultimo supplicio affectus est, cum nemo impune Deum,
 aut Dei cultum paruifaciat, nedum contemnat. ac nunc de Halcyonibus di-
 carur.

De Halcyonibus. Cap. XVI.

20 **F**uit Halcyon Canobes & Mxoli filia, sicuti testatus fuit Alexander Myn-
 dius, fuitq; vxor Ceycis. At Ceyx fuit Rex Trachiniorum, qui cum nobili-
 tate, opibus, & forma corporis excelleret, se vel Diis immortalibus
 æquare ausus est, & Deorum nominibus appellauit. nam Ceyx seipsum Io-
 uem, Halcyonem appellauit Iunonem. illam arrogantiam Iupiter grauititer
 ferens, Ceyci Delphos nauiganti adeo sæuam tempestatem immisit, ut Ceyx,
 & omnes qui cum Ceyce nauigabant, naufragium passi perierint: sicuti te-
 statur Polyzelus in iis quæ scripsit de Rhodo. fabulantur postea eius cada-
 uer agitatam ab undis ad litus, & ad eam speculam appulsum fuisse, ad quã
 sæpe veniebat Halcyone prospectura an Ceyx accederet: quo viso illa mise-
 rabili ter conuicta dicta est Iouis misericordia in auem sui nominis mutata
 cum se è specula in mare præcepitasset, tunc etiam Ceyx conuersus est in
 30 cerylum: sic enim mares inter illas volucres nominantur, ut ait Caryllius
 Antigonus. Hoc tamen nonnulli dixerunt factum fuisse luciferi & Theridis
 misericordia, ac non Iouis. Hæc autem dicuntur esse magnitudine passeris, ut
 ait Plinius, colore cyaneo, collo gracili ac procero; maresque à feminis
 ubi illi consenuerint, gestari super alis. enimvero ubi fuisset Halcyon in
 auem conuersa, eiusque ova quæ continuo pepeterat in mari voluerentur,
 quia maxima orta fuisset tempestas, Iupiter misertus dies quatuordecim
 per mediam hyemem illi concessit, quibus & parere per tranquillitatem ma-
 ris & excludere posset, quos dies Halcyonios vel Halcyonidas, ut aiunt Gre-
 ci, vocarunt. de his ita scripsit Theocritus in Cerealia celebrantibus;

40 *Ἴσχυοντες ἑστρεψότες τὰ κέρατα τῶν τε Δελφῶν,
 τῶν τε ἰστίων, τῶν τε ἰστίων, ἐκ τῶν τε φωνῶν κρητῶν.
 Ἄλλοτε, γλαυκῶν τε φωνῶν, καὶ τῶν τε φωνῶν.
 Ὀφθαλμοὶ δὲ φάλαξ, ἕκαστος τῶν τε ἰστίων τε φωνῶν τε.
 Halcyones sternunt spumantes matmoris undas,
 Atque Eurum, atq; Notum, qui extremas suscitât algas.
 Halcyones, supra voluctes Nereides almæ
 Quas dilexerunt, quibus est ex æquore præda.
 Dicitur fuisse Halcyones quod in mari pariant, cum sit mare, ac parere.*